

COLLECTION DES UNIVERSITÉS DE FRANCE

publiée sous le patronage de l'ASSOCIATION GUILLAUME BUDÉ

TACITE

ANNALES

LIVRES I-III

TEXTE ÉTABLI ET TRADUIT

PAR

HENRI GOELZER

Membre de l'Institut

Professeur à la Faculté des Lettres de Paris



PARIS

SOCIÉTÉ D'ÉDITION « LES BELLES LETTRES »

157, BOULEVARD SAINT-GERMAIN

1923

Tous droits réservés

SIGLA

CODICES :

Libri i-vi

M = Mediceus prior

sæc. ix

Libri xi-xvi

M = Mediceus alter uel secundus

sæc. xi

Det. = Laurentiani tres

Malatestianus

Neapolitanus

Parmensis

Vaticani quattuor

Guelferbytanus siue Gudianus

Vindobonensis

Budensis

Hispanus (Couarruniae)

Regius (Paris'ensis)

E. Coll. Iesu

Bodleianus

Harleianus

Agricolae liber¹

Venetus

sæc. xv

EDITIONES ANTIQVAE :

Libri i-xvi

Beroaldi²

Aloati

Frobenii

Rhenani

MDXV

MDXVII

MDXIX

MDXXXIII

Libri xi-xvi

Ed. Spirensis

Puteolani

MCDLXX

MCDLXXV

Andresen = G. Andresen, *de codicibus Mediceis Annalium Taciti* (Berlin, 1892); in *Taciti Historias studia critica et palaeographica I, II* (Berlin, 1899-1900).

1. « Vbi iam sit nescio » *Walther*. Lipsio tamen, Nic. Heinsio, Ryckio, Iac. Gronouio notus felicibus coniecturis plerumque scætet.
2. In libris xi-xvi Puteolanum sæpius exprimit ac reddit

LIVRE I

Ce livre comprend l'histoire de deux ans environ : 767 (14 ap. J.-C., consuls Sex. Pompeius et Sex. Appuleius)-768 (15 ap. J.-C., consuls Drusus Cesar, Norbanus Flaccus).

I. Préface : coup d'œil sur l'histoire romaine avant Auguste. — II. Auguste réunit en lui tous les pouvoirs. — III. Mesures qu'il prend dans l'intérêt de sa domination. — IV. Etat des affaires, craintes et espérances du peuple. — V. Mort d'Auguste ; avènement de Tibère. — VI. Meurtre d'Agrippa Postumus. — VII. Le Sénat, les chevaliers et le peuple prêtent serment à Tibère et le Sénat délibère sur les honneurs à rendre à Auguste. — VIII. Testament d'Auguste ; ses funérailles. — IX-X. Jugements portés sur ce prince. — XI-XIII. Etat dans lequel il laisse les affaires à Tibère ; premières inimitiés de l'empereur. — XIV. Flatteries du Sénat à l'égard de Livie ; la puissance proconsulaire est accordée à Germanicus. — XV. Les comices sont transférés au Sénat. — XVI-XXIII. Révolte des légions de Pannonie ; ses causes, ses incidents. — XXIV-XXX. Drusus envoyé par Tibère aux légions révoltées ne réussit pas à les calmer ; elles ne cédant qu'à la terreur où les plonge une éclipse de lune et, après l'exécution des auteurs du désordre, elles rentrent dans leurs quartiers d'hiver. — XXXI-XXXIV. Des troubles éclatent aussi dans les légions de Germanie placées sous le commandement suprême de Germanicus. — XXXV-XXXVII. Celui-ci essaie d'apaiser la révolte en offrant aux légions des congés et des gratifications ; il ramène deux d'entre elles dans la cité des Ubians (Cologne). — XXXVIII. Mutineries des vexillaires en garnison chez les Chauques ; on la réprime. — XXXIX-XLI. Nouvelle révolte : la première et la vingtième légions se soulèvent ; Germanicus prend le parti d'éloigner sa femme et son fils et ce départ inspire aux mutins des idées de

repentir. — XLII-XLIII. Discours que leur adresse Germanicus. — XLIV-XLIX. Il obtient que les légions dénoncent et punissent elles-mêmes les auteurs de troubles, se prépare à marcher sur le camp de Vetera pour ramener au devoir la cinquième et la vingt et unième légions et menace les rebelles d'un massacre général : son approche décide les mutins à se soumettre et Germanicus les entraîne contre les Germains. — L-LII. Campagne contre les Marses, les Bructères, les Tubantes et les Usipètes. Tibère fait l'éloge de Germanicus, mais sans sincérité. — LIII. Mort de Julie, fille d'Auguste ; meurtre de Sempronius Gracchus. — LIV. Création de la confrérie des prêtres d'Auguste. Troubles causés par les histrions. — LV. Germanicus entreprend une expédition contre les Germains. Rivalité d'Arminius et de Ségeste. — LVI. Campagne contre les Chattes. — LVII-LVIII. Germanicus vient en aide à Ségeste, assiégé par sa nation. — LIX-LX. Arminius entraîne les Chérusques et d'autres peuples à attaquer les Romains ; défaite des Bructères. — LXI-LXII. L'armée romaine retrouve les débris des légions de Varus et leur rend les honneurs funèbres. — LXIII-LXVIII. Malgré ses succès, Germanicus ne croit pas prudent de les poursuivre et ordonne la retraite : pendant qu'il ramène une partie de l'armée par l'Ems, il remet l'autre à Cécina qui, attaqué par Arminius au milieu des marais, ne réussit qu'à grand-peine à dégager ses soldats. — LXIX. Belle conduite d'Agrippine pendant les alarmes causées par ces événements ; Tibère s'en inquiète et s'en irrite. — LXX-LXXI. Deux légions surprises par une marée d'équinoxe échappent par hasard au désastre ; Segimer fait sa soumission et l'armée répare ses pertes. — LXXII-LXXV. Tibère refuse le titre de *Père de la Patrie*, mais remet insidieusement en vigueur la loi de lèse-majesté. — LXXVI. Inondation du Tibre ; combat de gladiateurs sous la présidence de Drusus. — LXXVII-LXXVIII. Répression des désordres du théâtre ; mesures diverses. — LXXIX. Le Sénat renonce au projet de détourner les affluents du Tibre. — LXXX. Répugnances de Tibère à changer les magistrats nommés par lui. — LXXXI. Il tient pour la première fois les comices consulaires.

P. CORNELII TACITI
AB EXCESSV DIVI AVGVSTI
ANNALIVM

LIBER I

I. ¹VRBEM Romam a principio reges habuere ; ²libertatem et consulatum L. Brutus instituit. Dictaturae ad tempus sumebantur ; neque decemuiralis potestas ultra biennium, neque tribunorum militum consulare ius diu ualuit. Non Cinnae, non Sullae longa dominatio ; et Pompei Crassique potentia cito in Caesarem, Lepidi atque Antonii arma in Augustum cessere, qui cuncta discordiis civilibus fessa nomine principis sub imperium accepit. ³Sed ueteris populi Romani prospera uel aduersa claris

P. CORNELII TACITI *M* [in summo margine] || Annalium Rhenanus [deest in *M*] || AB EXCESSV DIVI AVGVSTI VRBEM ROMAM A PRINCIPIO RE | *M*.

I, 1 consulare [sula in rasura] *M* || Lepidi atque lapidiatque *M*.

scriptoribus memorata sunt; temporibusque Augusti dicendis non defuere decora ingenia, donec gliscente adulatione deterrerentur. ² Tiberii Gaique et Claudii ac Neronis res florentibus ipsis ob metum falsae, postquam occiderant recentibus odiis compositae sunt. ⁴Inde consilium mihi pauca de Augusto et extrema tradere, mox Tiberii principatum et cetera, sine ira et studio, quorum causas procul habeo.

II. ¹Postquam Bruto et Cassio caesis nulla iam publica arma, Pompeius apud Siciliam oppressus, exutoque Lepido, interfecto Antonio, ne Iulianis quidem partibus nisi Caesar dux reliquus, posito triumviri nomine, consulem se ferens et ad tuendam plebem tribunicio iure contentum, ubi militem donis, populum annona, cunctos dulcedine otii pellexit, insurgere paulatim, munia senatus, magistratum, legum in se trahere, nullo aduersante, cum ferocissimi per acies aut proscriptione cecidissent, ceteri nobilium, | quanto quis servitio prom- ²⁷ptior, opibus et honoribus extollerentur ac novis ex rebus aucti, tuta et praesentia quam uetera et periculosa mallent. ²Neque prouinciae illum rerum statum abnuebant, suspecto senatus populiue imperio ob certamina potentium et auaritiam magistratum, inualido legum auxilio, quae ui, ambitu, postremo pecunia turbabantur.

III. ¹Ceterum Augustus subsidia dominationi Claudium Marcellum, sororis filium, admodum adulescentem pontificatu et curuli aedilitate, M. Agrippam, ignobilem loco, bonum militia et uictoriae

⁴ cetera : cae- M.

II, 1 exutoque : exsutoque M || reliquus [ex reliquis] M || ac Beroald : at M.

III, 1 Ceterum : cae- M.

socium, geminatis consulatibus extulit, mox defuncto Marcello generum sumpsit; Tiberium Neronem et Claudium Drusum priuignos imperatoriis nominibus auxit, integra etiam tum domo sua. ²Nam genitos Agrippa Gaium ac Lucium in familiam Caesarum induxerat, necdum posita puerili praetexta principes iuventutis appellari, destinari consules specie recusantis flagrantissime cupiuerat. ³Vt Agrippa uita concessit, Lucium Caesarem euntem ad Hispaniensis exercitus, Gaium remeantem Armenia et uulnere inualidum mors fato propera uel nouercae Liuae dolus abstulit, Drusoque pridem extincto, Nero solus e priuignis erat, illuc cuncta uergere: filius, collega imperii, consors tribuniciae potestatis adsumitur omnisque per exercitus ostentatur, non obscuris, ut antea, matris artibus, sed palam hortatu. ⁴Nam senem Augustum deuinxerat adeo, uti nepotem unicum, Agrippam Postumum, in insulam Planasiam proiecerit, rudem sane bonarum ^{3r} artium et robore corporis stolide ferocem, nullius tamen flagitii conpertum. ⁵At hercule Germanicum, Druso ortum, octo apud Rhenum legionibus inposuit adscirique per adoptionem a Tiberio iussit, quamquam esset in domo Tiberii filius iuuenis, sed quo pluribus munimentis insisteret. ⁶Bellum ea tempestate nullum nisi aduersus Germanos supererat, abolendae magis infamiae ob amissum cum Quintilio Varo exercitum quam cupidine proferendi imperii aut dignum ob praemium. ⁷Domi res tranquillae, eadem magistratuum uocabula; iuniores post Actiacam uictoriam, etiam senes plerique inter bella ciuium nati: quotus quisque reliquus, qui rem publicam uidisset?

||tum *Wolf*: dum *M* || 2 genitos [ex genitus] *M* || destinari *Acidalius*:
-naro *M* || 4 proiecerit *Ritter* *Weissenborn*: proieceret *M* proioeret
Beroald || 5 hercule: -culae *M* || munimentis *Iuste Lipse*: moni- *M* ||
7 domi res: dormires *M*.

IV. ¹Igitur uerso ciuitatis statu nihil usquam prisci et integri moris : omnes, exuta aequalitate, iussa principis aspectare, nulla in praesens formidine, dum Augustus aetate ualidus seque et domum et pacem sustentauit. ²Postquam prouecta iam senectus aegro et corpore fatigabatur aderatque finis et spes nouae, pauci bona libertatis in cassum disserere, plures bellum pauescere, alii cupere. ³Pars multo maxima imminētis dominos uariis rumoribus differebant : trucem Agrippam et ignominia accensum, non aetate neque rerum experientia tantae moli parem ; Tiberium Neronem maturum annis, spectatum bello, sed uetere atque insita Claudiae familiae superbia ; multaque indicia saeuitiae, quamquam premantur, erumpere. ⁴Hunc et prima ab infantia eductum | in domo regnatrice ; congestos ^{3v} iuueni consulatus, triumphos ; ne iis quidem annis quibus Rhodi specie secessus exul egerit aliud quam iram et simulationem et secretas libidines mediatum. ⁵Accedere matrem muliebri inpotentia : seruiendum feminae duobusque insuper adulescentibus qui rem publicam interim premant quandoque distrahant.

V. ¹Haec atque talia agitantibus grauescere ualetudo Augusti et quidam scelus uxoris suspectabant. ²Quippe rumor incesserat paucos ante mensis Augustum, electis consociis et comite uno Fabio Maximo, Planasiam uectum ad uisendum Agrippam ; multas illic utrimque lacrimas et signa caritatis spemque ex eo fore ut iuuenis penatibus aui

IV, 1 omnes *Muret* : -nis *M* || exuta : exs- *M* || nulla in praesens *M* [*in margine*] : nullam praesens *M* [*in textu*] || 2 disserere : dissere *M* || 3 imminētis [*ex iminentis*] *M* || premantur : prae- *M* || 4 exul *Muret* : exulem *M* || aliud *Nipperdey* : aliquid *M* aliud quid *Draeger* || libidines : libidines *M* [*in margine*] lapidines *M* [*in textu*] || 5 feminae : fae- *M*.

V, 1 ualetudo : uali- *M* || 2 consociis : -scis *M*.

redderetur : quod Maximum uxori Marciae aperuisse, illam Liuiæ. ⁴Gnarum id Caesari ; neque multo post extincto Maximo, dubium an quaesita morte, auditos in funere eius Marciae gemitus semet incusantis quod causa exitii marito fuisset. ⁵Vtenuque se ea res habuit, uixdum ingressus Illyricum Tiberius properis matris litteris accitur ; neque satis conpertum est, spirantem adhuc Augustum apud urbem Nola an exanimem reppererit. ⁶Acribus namque custodiis domum et uias saepserat Liuia, laetique interdum nuntii uulgabantur, donec promisis quae tempus monebat simul excessisse Augustum et rerum potiri Neronem fama eadem tulit.

VI. ¹Primum facinus noui principatus | fuit Pos- 4^r
tumi Agrippae caedes, quem ignarum inermumque quamuis firmatus animo centurio aegre confecit. ²Nihil de ea re Tiberius apud senatum disseruit : patris iussa simulabat, quibus praescripsisset tribuno custodiae adposito ne cunctaretur Agrippam morte adficere quandoque ipse supremum diem expleuisset. ³Multa sine dubio saeuoque Augustus de moribus adolescentis questus, ut exilium eius senatus consulto sanciretur, perfecerat ; ceterum in nullius unquam suorum necem durauit, neque mortem nepoti pro securitate priuigni inlatam credibile erat. ⁴Propius uero Tiberium ac Liuiam, illum metu, hanc nouercalibus odiis, suspecti et inuisi iuuenis caedem festinauisset. ⁵Nuntianti centurioni, ut mos militiae, factum esse quod imperasset, neque imperasse sese et rationem facti reddendam apud

⁴ gnarum *Iusto Lipsæ* : G [ex o] nauum *M* ignarum *Haase* || ⁵ ea [ex
nea] *M*.

VI. ¹ caedes : caedis *M* [in textu sed cedes in margine] || quem igna-
rum *M* [ex quae mignarum] || ² ea re *M* [in margine] *Beroald* : aere
M [in textu] || Agrippam : agrippa *M* [litteram m corrector addidit in
margine] || quandoque *M* [in textu] ; quodcumque *M* [in margine]
|| ⁵ ut mos : ut nos *M* [mos in margine].